semper vere sive gradiens sive sedēs
pollice signū crucis in pectore depin
gebat. Contigit aūt vt maguntiam
veniens infirmitate decūberet et in-
gravescente morbo cum mira alacri
tate spūs moreret et apud fratres mi
nores sepeliret ibidem. Nondum enī
tunc fratres predicatores in eadē ci-
uitate locuꝫ habebant. Quo audito
fratres in argentina duos frēs p̄ fra
tris defuncti corpore direxerunt. sed
frustra quia frēs minores sepultum
reddere noluerunt. Contigit autē p⁹
paucos annos vt fratrib⁹ minorib⁹
ad locū aliū transeuntibus frēs itē
de argentina duos frēs in magūtiaz
p̄o dicto prioris corpe destinarēt q̄
sine p̄tradictione acceptis vel assum-
ptis ossib⁹ in argentinā prospe redie
runt. Quid plura? Ossa diligēti⁹ fra-
tres abluētes os pectoris cui ex vtra
q; p̄te coherent coste superi⁹ insigni-
tum cruce operosissima repperunt. et
hoc quasi scutū cordis interi⁹. Erat
aūt crux vt ipse ad hoc videndū qūa
draginta miliaribus laborani ꝛ vidi
oculis in ossis medio ex substātia ossea
spissitudine evidentissima elevata tri
bus superiorib⁹ brachijs crucis equal
longitudinis et inferiori brachio de-
centissime longiori. extremitates vo
trium brachiorum superiorū instar
repandi lilij recurvatas et brachiuꝫ
inferius quasi trunco deberet infigi
exacuatum habebat. Quid igitur in

signo corporee crucis in osse pectoris nisi mortis christi in mente prius habita stigmata passionis? Et quid in foliis repandi filij in crucis extremitatibus nisi mundissime castitatis insigne qđ ad memoriaz mortis xpi fundatissime fixum gerebat in carne!

Ad idem de quodã .xxx. martyre ꝑpe nra ꝑa verídica Flatõe suscepi. Cum captus cuidam gentili tyrãno seruiret.et ille eũ honestissime tractaret.martyr autẽ gemebundus incederet.miratus causã tristicie q̃rit quare cum seruis alys nõ gauderet. Cui martyr Cũ alijs inquit gaudeo sz semper tristis incedo quia dei mei memor mortis cõtinue in corde meo passionis eius stigmata porto. Hoc mox vt tyrannus audiuit grauit indignatus.et ego inquit experiar que dicis. Nec mora exemptore vocato iubet apto pectore martyris cor ei⁹ euelli et ꝑ mediũ cultro secari. vbi statim mirante tyranno cũ suis res miranda ꝑspicitur et pro sigillo ꝑs vna cordis altera crucifixi xpi imaginem ꝑtinens repitur. Quo visu tyrannus mox credidit. et cum oñibus suis sacrum baptisma suscepit.

Ex sedo li. de ꝓprietatibus apum. .xxxi.

Algore niuiuz terra brabãtie respersa ꝑ totum monachus quidaz cistercienfis ꝓmisso in villam famulo solus in campis ꝑ deuia veniebat et ecce inuenit puerũ elegantissime forme quasi triennem magno fletu et eiulatu soluz in niuis frigore residentem Compassus igit tali puero equo descendit et completus fletum flere cepit cum eo. et q̃re re quid haberet. Tacente autẽ puero ingemiscit querens vbi est mater tua Nunquid perdidisti matrem? Ad interrogationes illius puer fortius eiulans tandẽ dixit Heu me heu me q̃re non flerem quare nõ eiularem? Ecce vides q̃ egens sol⁹ et in frigore sedeo et non est qui colligat me et hospitium prestet. Mox monachus surgens ꝑ puerum in brachijs eleuans oiculatus est dicens. Cesses flere dilectissime quia ad hospitium portabo te et faciam enutriri. Hoc dicens cum puero equuz ascendere voluit sed puer de brachio tenentis exiliens disparuit repente. quia christus filius virginis fuit. In terram igitur cadens monach⁹ flere et eiulare cepit acerrime. et cum diu sic iacuisset eiulans.tandẽ quesitus a seruo inuentus est. Elevatus est in equo et ad hospitium ductus.quesit⁹ cur fleret nihil aliud vna nocte dicẽ potuit q̃ heu me puer bone puer pulcherrime quare me dereliquisti.cur abisti tam cito. cur te perdidi? Post hoc monachus consolationem recipiens euentum cuidam retulit qui illis per quos sciui tante rei miraculum et piaculum stupendum patefecit. Quis enim hominum sine lachrymis audire potest piaculuz tale et tãtum q̃ filius vnicus patri deo deus existens hospitium in terra querit.eget cibo.algore contrahitur et ꝑ abundantia niueitatis refrigescente charitate multorum.non est qui euz recipiat cordis hospitio. resciat patris placiti voluntate.revoluat et foueat deuotionis sinu veste contegat charitatis .xxxij.

Anteq̃ in walacria sub rege willelmo moderatoẽ romanoꝝ a coĩte florentio et seelandẽsibus flamigorũ

exercitus feriretur. oranti cuidam ꝑ dicta gente id est flamigis in oratõne responsum est. Sine superbos humiliari. Quod tertia die post factum inspeximus. licet tamen multi cum eis et in eis occisi fuerint qui nullo mõ meruerant talem mortem Sed notãdum ꝙ acerba mors bonis non obfuit sed profuit ad salutem quia terreno domino obedire in bonis iustus est. Quod patuit in quodam fidelissimo viro de quo a matre dicti regis wilhelmi venerabili mechtilde didicim⁹. Cum enim ipsa regis mater hollandie memorabilis comitissa post factam cedem in walacria deveniss aggressa est cum duobus fratribus predicatoribus viuentes adhuc quere et colligere sauciatos. Inuenit autem et ad illud opus pietatis matronam diuitem et preclaram que cũ fletibus matri regis comitisse narravit. Transiens inquit hic vocauit me voce flebili quidam saucius ex prostratis. ad quem cum veniſſem caput eius locaui in sinu meo. et eum ad cognoscendum deus hortabar et vt poterat ille elevatis in celum oculis cus manibus dixit. Fateor me coactum in exercitum venisse et hoc eo animo ꝙ nullum lederem nec in corpore nec in reb⁹. Hic iesus sũ et ecce iam mori ar Occisori meo prorsus idulgeo vt mei similiter misereatur omnipotens deus et contra eum mihi indulgeat quicquid feci. Viaticum corpus christi vehemẽter exopto quod licet ore non sumam in mente tamen virtutis eius gratia non frustrabor. et hoc dicens cruce signauit se et sic spiritum reddidit. Testor vobis ait matrona per salutem meam ꝙ statim vbi ad spirituum reddendum os aperuit auicula tante pulchritudinis vt ei nihil in creaturis comparari possit de ore eius cum odore miro aromatico ad superos evolauit.

.xxxiij.

Circa illud tempus quo annus domini Milesim⁹ ducentesim⁹ tertiꝰ volucbatur expeditio peregrinorus validissima facta est in terram sanctã ita vt saracenos qui christianorum fines invaserant propulsarẽt. Factis egressionibus plurimis multi ex vtroq; populo ceciderunt plurimi etiam in captiuitatem deducti sunt. Inter ꝙs ex populo dei duo milites vnus ex gallia alius brabantia cum nobilissimo viro in terra gentilium sunt adducti. et contra natales suos et cõsuetudinis vsum grauissimis laboribus manuum annis tribus adducti sunt. Vt ergo mihi vnus militũ enarrauit die quodam sedebant sub estu solis grauissime laboribus manuum fatigati. Cumq; optarent milites cus graui suspirio cordis esse in terra sua ille nobilissimus eorum in pena soci⁹ segnitiem eorum redarguit dicens. O miseri quid optatis Videbitis forsitan et eritis miseriores in iniurijs pauperum ꝙ fuistis. Hic autẽ si velletis possetis vtiq; finem vite felicissimum expectare. et hoc dicens flexis genibus ad celum manus intendit et oculos dicẽs Nunq; mihi deus omnipotens redire cõcedat ad patrios portus. sed hic sinat me mortem peracta penitentia prestolari. Mira respondentis constantia nec minus mira dispensatõ saluatoris Ambos milites vidimus liberatos postea et forte malis potioribꝰ ꝙ ante irretitos

Pro illo autem nobilissimo et beatissimo viro cuz rex hierosolomytanus et alij multi nobiles laborassent nunq̃ tamen efficere potuerunt vt euz a captiuitate gentilium liberarent. Insuper ꝛ hoc ipsum de eo miles socius eius qui mihi hoc retulit referebat ꝙ tantum post quotidianos labores de nocte orationibus incumbebat ꝙ ei quasi pellis cameli calli in genibus accreuissent. Ue ergo illis qui ducũt in bonis dies suos ꝛ in puncto ad inferna descendunt et euge in laborib⁹ dicetur isti vt introeat in gaudiũ domini dei sui

.xxxiij.

In normandie partibus vir admodum diues erat sed ignobilis hic habebat filium vnicum et dilectum quem delicatũ educauerat ad robur viri. Conuenit ergo patrẽ miles quidam nobilis cum amicis dicẽs. Filia est decora nobis nimis et prudens ꝙ quam si tibi placuerit posteritas tua exaltari poterit et iuuari. Hanc filio tuo dabimus in vxorem hoc tamen modo vt cedas possessionib⁹ vniuersis et filius tibi et matri q̃ diu vixeritis abundantissime ministrabit. Casus enim diuersi sunt in quibus filius tuus posset te in possessione manẽte hereditate frustrari. Hoc pr̃e audiente et berente sub dubio ab amicis tãdem compulsus est et si mẽte pauid⁹ cedere cunctis bonis. Peractis ergo nuptijs filius et vxor eius anno q̃dez primo honorant parentes victuz copiosius ministrant sed secundo min⁹ et tertio inuerecundius q̃ decebat. quarto autem anno suggerente vxor̃ filius parentibus suis domunculam paruam in opposito domus sue cõstituit. vt minus esset indecens iuuenib⁹ ibi eis necessaria insufficienter ministrare. pertulit ergo senex pater ibidẽ cum vxore decrepita non modicam egestatem et vix interdum domũ filij audebat intrare. sed per clientulũ mãdauit quib⁹ poterat nõ carere. Una autem dierum accidit vt mater ex ꝓposito domus sue visa auca infixa veru in domo filij diceret viro suo. Decet feminaz magis decet paucis esse contentam. tu autem vadas ad dominum filij et saltem semel esurientem animã facies de auca quam ibidez vidi esui preparataz. Hoc autem audito senex innitens baculo properabat ad dominum filij. Sed mox vt eum filius vidit aucam retraxit ab igne et claz abscondit statimq̃ obuius patri quid q̃reret inquisiuit. et mox factum pater notans dissimulauit. et rediit ad domum suaz Filius autem puelle precepit vt mox aucam reponat ad ignem Hec mora vbi puella ī thalamo aucam vidit bufonem maximum auce pectori berẽtem inuenit. Ea ergo clamãte accurrit iuniox domin⁹ nisuq̃ bufonem excutere vt violẽter institit bufo ab auca resiliens faciem adeo conantis inuasit vt nulla arte vel cõsilio deponi posset aut excuti sed sic multis annis hominis nequitiam inberendo puniuit Et erat illud supmi stuporis miraculum vt si quãdo mõstri illius pars aliqua tangebatur ac si percuteretur in corde ita homo sẽsibiliter ledebatur. Conterritus igit̃ mirabiliter et contritus adijt dyoce sanum episcopum. ꝛ cum omni dolore confessus pro penitẽtia recepit ab illo vt per omnes fines normandie et gallie ciuitates reuelata facie circu

iret et vbicz narraret populis euen/ tum rei.vt per hoc exemplum sumerēt filij honorare parentes ⁊ discerent q̄ periculosum sit et nociuum vicem nō rependere laboribus quos ipsi parē tes filijs impenderunt. Hunc tamen post multa penitētia audiuimus san/ctorum quorundam precibus libera tum et dīparuisse subito fedum mon strum.

.xxxv.

Mechtildis que nostro tempore obdormisse probatur filia regis sco/tie ⁊ vt probabili relatōe dicim⁹ qua tuor fratres habuit. Ducem qui reli cta vroze p̄ christo pauperrimus ex ulauit. Item alium comitem que vi/tam heremiticam duxit. Item archi episcopum qui relicto regimine ordi nem cisterciensem intrauit. Quartus fuit alexander iunior frater annorum sedecim quem cum pater rex regnare cogeret mechtildis soror eius virgo viginti tantum annorum dixit fratri .Alexander frater charissime quid nūc ages? Fratres tui maiores natu terram vel mundum deseruerunt vt vt celum acquirerent.regnum spreue runt mortale vt regna perpetua pos siderent.tibi ergo soli regnum relictū est pro quo es celestem gloriaz perdi turus? Nec mora alexander resolut⁹ in fletus Deu ait soror quid consulis facere.paratus ego sum quicquid ius seris adimplere. Quo audito gauisa soror accepit fratrem mutato habitu et ad remotiora transduxit eum vbi eum et mulgere vaccas et lac ad coa gulum coadunare ⁊ caseos optimos facere docuit. Inde venerunt ad gal lias ad foni clausti cisterciēse vbi so ror locauit fratrem pro mulsore vac/cax et probatus inuentus est in opti mis caseis faciendis Hic monasterij fratrem conuersum factum soror al/loquitur Multum inquit apud deu⁹ meritum acquiremus q̄ terram ⁊ pa rentes dimisimus Sed in hoc specia lissimam remunerationē habebimus si vsq̄ ad tempus futurum quo nos inuicem in celo ad consolationem p̄/petuam videamus ad p̄sens nos vt nostrum nullus amplius alterum vi deat ab inuicem sequestremus. Hoc audito fleuit frater granius istud du cens omnibus que amisit Et licet in nitus imperat animo et a sorore tota liter separatur. Illa autem ad novem miliaria in villa que dicitur alapion ibidem mansura secessit domunculaz paruam habens quasi aucarū tugu rium solo manuum labore viuebat. Bonum vel elemosynam accipere co gi non poterat nec rogari Cum cete ris pauperibus in augusto spicas col ligere recusabat. virq̄ extrema cum porcis que vix euaserant diripien⁹/um manus rarissima colligebat. vix aliquid substratum mēbris habebat et caput iacens equatum humeris.ci bum et potum incūbens callosis ge/nibus capiebat. Hoc idez in prolixi simis precibus faciebat. In orationi bus multotiēs ita sensibus abstracta erat vt nec chorusca tiones aduerte/ret nec tonitrua audiret. Nec em̄ de fratre eiusdem alexandro quod grati us est pretermittam. Cum monach⁹ quidam fistulatum ex vlcere pect⁹ ha beret orauitq̄ ad tumulū fratris ei⁹ iam defuncti.apparuit frater alexan/der sole lucidior coronam gestans in manibus et corona capite insignit⁹. Cum ergo monachus quereret quid

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corona duplicata figuraret Corona inquit quam gesto manibus. corona extitit temporalis quam pro christo deseruí corona vero quã gesto in capite corona est quam communem cũ sanctis accepi. et vt tibí fidentius in ista visione credatur fm fidem tuam sanus eris ab omní incomodo quo torqueris. Et notandum q incognitus mansit vsq in diem mortis sue et tunc constrictus obedientia priozis sui se fratrem beate mechtildis de alapion et filium regis scotie revelavit. Fecerat autem eum in nobilitate suspectum factum quoddaz quod multum postea voluit eveníssе. Vir nobilissimus dominus hugo de kirmen apzum immanis magnitudínis vena tu lassauerat et vt natura bestie ẽ stare coegerat ad resistenduz Equo autem nobilis ille descẽdens aptato pugione cum bestiam vellet impetere. et tamen eius truculentiam formidaret frater alexãder qui vaccas in vicino pascebat arrepta pugione de manibus formidantis bestiam audacter impetũt et occidit. Quo viso nobilis ille in oscula fratris alexãdri ilico ruens vere inquit nunquam vaccarum custos. nunq etiam rusticus vndecũq veneris increvisti Dozor vero eius beata mechtildis vnde et que esset p quosdam milites que eam in scotia viderant nouẽ annis innotuerat ante mortem et tunc statiz a terra fugisset nisi violenter retẽta ab hominib' extitisset Miraculis mltis in vita claruit et post mortem.

.xxxvi.

Quendam cisterciensis ordinis laicuz in monasterio acquirie in brabantia hermannuz nomine egritudine continue laborantẽ veratum contumelijs fratrum falsozum q non p desset domui sed obesset elangter valde respõdisse cognoui. Sũmodo inquit ordinez meum fm quod lãguor permittit et dolor in infirmatorio teneam et animam meam in patientia saluem credo in oculis summi dei melius gratius 7 sublimius monasteriũ promouisse q̃ si illud in mille marcarum copijs auginentarem. Vere digne iuste et optime dixit. Non enim propter monasterium anime. sed propter animas monasterium instituitur est Sicut non propter locum gens q propter gentem dominus locum elegit.

.xxxvij.

Videmus fratrem in ordine predicatorum de domo brugẽsi in flãdria reinerum. nomine iuuenem sagacem ingenio et secularibus literis institutum. Hic statim vt ordinem ingress' est acriter studio theologie cepit insistere. Sed cum nondum illuminata mens nec orationibus preparata stuperet ad lumẽ. et minus capax anim' vento inconstãtie fluctuaret. cepit cogitare velle discutere que sectaruz in deorum. gentilium. christianoruz potiori veritatis culmine fulciretur. Videbat quidem inter gentiles philosophos q naturali ratione regebantur Videbat et iudeos legem a deo antiquitus accepisse Videbat et xpianos euangelicis observationibus gloriari. Sed quid in his certius tenendũ esset segnius fluctuabat Conuenit ergo iudeos discussionem legis propositi. sed cum fratres ordinis vidissent ex frequenti collatione hominem fluctuare. arcendum eum a talibus cẽsue

runt. At quoniam artatus ignis acri or consurgit in flammas iuuenis in; tantum diabolo stimulante grauat' est vt media nocte fugaz omnimodā attentaret Statim ergo vbi ad exitū porte venit obuia illi fit maris stella maria ad portum salutis deuium re; ductura que dixit. Fluctuas a via de uius et veritatē in fide filij mei te du bitas inuenisse. Noueris certissime q diuersis erroribus scatet per orbē gentilitas. Judei nihil solidi tenent diuersas vmbras sequūtur. nequitie tenebris obfuscati. Euangeliuz vero noue gratie per hoc veritatem habē probatur quia charitate humilitate castitate refulget. que tria in ordine quem intrasti purgato mentis oculo prerogatiue videbis. Ego autem suz mater christi patrōa ordinis tui que non passa sum solita pietate tuam ca stam indolem decipi vel perire. Hec dicens gloriosa virgo disparuit 7 iu; uenem confortatum ac formatum in fide in magna cordis iocunditate re; liquit Hic idem in ordine tantum p fecit vt lector in ordine fieret et cōsū; matus in breui ad potiora transiret.

.xxxviij.

Erāt duo senes monachi ab ipsis puerilibus annis pares in scelere dis solute valde in monastica obseruātia nutriti. Hi sibi plures ex iuuenibus in immūditia assidui quotidie copu; labant. seorsum vacabant epulis. risi bis et cantibus exultabant 7 innocē tibus et simplicibus detrahebant. Cunqz de illorum insolentijs cōuen; tus quotidie non mediocriter turba rē nec esset qui corrigeret delinquē; tes. vidit dominus et ad iracundiaz concitatus est Dix enim finit turbati onem piorum claustraliū inultam. Accidit ergo vt vespere fm consuetu dinem suaz esculēto ore ad voraginē inhiarēt. vir ori cibis appositis qtuz aut quintum morsellum manus obtu lerat tum ecce vnus predictoꝝ senuz subita ingluuie strangulatus euersis statim oculis expirauit. Territi igit omnes qui consederant surrexerunt. Nec diu post superstes veteris socij animaduersione hac non fractus licz ad momētum horreret sicut occiso a carnifice porco resumpta audacia re sedit ad mēsam. et cum enormi crapu la repletus vt amēs penitus portare tur ad lectum quasi brutū animal ex; pirauit Horrore ergo hoc omnes ex emplorum talium imitatores pertur bat vitam suā et mores in melius cor rexerunt. communem vitam et cibuz strictissime seruauerunt.

.xxxix.

Affligenium monasteriū ordinis beati benedicti in brabantia religiōe probatissimum est et in charitate pre cipuum In hoc cenobio monachus erat ita silentio deditus q infra. xvi. ānos ab ore nec vna verbi syllaba per tantum temporis audiretur. Cō tigit autem sicut a monachis ibidem audiuimus vt in claustro grauissimū ignis incendium grassaretur. Tunc idem monachus videns humanum auxilium non valere mox se contulit ad dominum. oranscz paululum in si lentio linguā diu mutam in hec vba laxauit. Stes ignis. hac hora flāma penitus conquiescas. Mira res vim virtutis sue oblitus est ignis stetitcz in verbo viri sancti et flamma penit' extincta est

.xl.

Ex libro apum.

.xl.

In partibus gallie quendam iuuenē sub philippo rege nostris tem poribus viro religioso ferente fuisse cognouimus Hic ab eunte etate per uicacissime vite fuit ita vt illud quod de hismahele scriptum ē. Manus ei⁹ contra omnes et manus omnium cō tra eum.in eius vita videretur;imple tum vt nec parētes proprios quiescē sustineret sed ad amarissimum vite fi nem perduceret. Post quos ipse mi serabiliter infirmat⁹ et in agone mor tis positus sumptis ecclesiasticis sa cramentis subito inter manus assistē tium clamans horribiliter exiliuit di cens Surgite omnes arma accipite. iuuate me contra proprium patrem quia omnium inimicorum meorum ductor factus est et me conatur occi dere. Et dicens quasi contra egrediē tem multitudinem ad ostium conaba tur. Nec mora cadens euersis terribi liter oculis clamauit expirans. Deu me pater meus modo validissimo; la pide frontem meam percutiendo cō triuit Hi autem qui assistebant neminem quidem videbant.sed quasi tur mas se comprimentium et ingredien tium audiebāt. Vide ergo qui nec pa trem proprium habere propicium po tuit quante diuine vindicte animad uersionibus dignus fuit. Non tamē absolute eum qui apparuit illius pa trem dixerim sed quemcunq; forte ex spiritibus siue bonis siue malis. cum dictum sit Armabit creaturam ad vl tionem inimicorum contra infestatos

.xli.

Apud sanctum victorem parisius magister hugo fuit qui secundus au gustinus id est ab augustino dictus in monasterio canonicor regulariu est in scientia. Qui etsi vite valde lau dabilis fuerit in hoc tamen minus p fecte fecit q discipline in secreto vel capitulo cum alijs pro quotidianis excessibus non accepit. Habebat em carnem tenerrimam et nimis a pueri tia delicatam. Quia ergo naturā vel consuetudinem potius minus bonā in se virtutis exercitio non euicit au di quid eum sustinere contigerit. Ad extrema veniens a quodaz concano nico suo qui eum in vita sua valde di lexerat adiuratus est.quatinus ei p⁹ obitum appareret. Libenter inquit si hoc mihi per vite et mortis dominu concedatur. His conditionibus ap positis medijs.magister hugo defun gitur Nec multo post redijt ad sociū prestulantem dicens Ecce ego.quare quod vis morari non possum. Tunc ille etsi cum timore non tamen modi ce gratulatus quomodo inquit dile ctissime tibi est? Bene ait nunc mihi est.sed quia rēnui accipere disciplinā vix vllus demonum in inferno remā sit qui mihi non ictum validum dede rit ad purgatorium trāseunti. Ecce nunc karissimi quanto leuius in vita q; post mortem vir ille doctissimus vapulasset! Videant nūc qui in capi tulis nec arguere volūt argui. Cessāt accusationes et ideo accrescunt excel sus.defert vn⁹ alteri vt sibi ab altero deferatur.

.xlij.

Erāt in schola duo insolentissimi scholares adolescentes qui nō solum

non pati valebant correctiones magistri. verumetiam et ad insolentias et dissolutiones alios studere volentes sepissime compellebāt. et hoc quidem magister emendare nō poterat. nec audebat. Contigit ergo magistrū mori et tertio die aut quarto in media schola in effigie mīri diabolum cum virga ferrea coram omnibus apparere. Nec mora cū nigro vultu in adolescētes dictos exurgēs et cū virga illis mortē intentans repente disparuit. Moriq illi pre pauore in furiam versi post dies aliquot obierunt Exhinc ergo scholaēs diuinū aduertant iudicium et magistris suis subdi discant. nec vnq refugiant corrigi ne eis cōtingat postmodum sub virga ferrea vapulare

.xliij.

Vidimus in monasterio quodam monachum naturali ingenio et scientia preditum virtute castitatis et omni morum honestate clarum. In quo solus ille defectus erat nullam cōtra peccata rigiditatem habebat. quem defectum in eo corrigendum sperantes monachi eum in abbatem vnanimiter elegerunt. At ille factus abbas vt ante in pusillanimitate et ignauia perstitit. Et ex hoc ordo monastic⁹ notam satis grauē dissolutōis incurrit. Quod superiores eius ordinarij graue ducētes illum ab officio remouerunt. quod ille supra modū graviē ferēs ad tantam paulatim impatientiam venit vt manus iniquitati totaliter daret et se impudentissime neq sinis in dilapidationem ecclesie sociaret Nec diu post cum esset positus in agonia importunos exactores sibi instare vidit se q oportere reddere rationem non solum de suis excessibus verumetiaz de illoz excessibus quos quandoq corrigere debuit z nō correxit. Exactores ergo cum declinare vellet nec posset clamans inter angustias expirauit.

.xliij.

Venerabilis iacobus de vitriaco crucem hierosolymitanam ob salutē multorum in brabantia predicauit. Contigit autem vt pacificatur⁹ quadam die mortales inimicitias iniuriam passum primo supplíciter deinde prostratus pedibus eius semel iteruz et tertio cum multitudine populi p̄sente rogaret nec proficeret in rebellem. Conuersus autem ad populum dixit palam omnibus. Cōtestor vos quia qui spernit nos spernit et eum qui mittit nos Rogate ergo dominū vt tale signum ostendat in obstinatū hominem quo cunctis presentibus pateat eum hostiliter contra se in retentione odij contra proximum hoc egisse. Nec mora vbi vir sanctus orationem expleuit miser ille euersis oculis semel iterum et in tertio in terram corruit. ore q cruorem spumante et saniem horroris maximum spectaculum omnibus prebuit. Tunc flente populo reuerendus vir fusa prece p̄stratum erexit. qui mox integerrime sospitatus vbi ante se inimicuz vidit quasi aliquid rogaturus cum lachrymis veniam petiuit. ruensq in oscula eius ad lachrymas et laudem xp̄i omnium corda commouit

Ex libro apum

.xlv.

Nobilis quidam in germanie partibus fratrem vterinum a quodaz valde plebeio et ignobili occisum pdiderat. Fugiente ergo de patria occisoē cōtigit vt nobilis ille cum multo comitatu peregre profectus impremeditate soli agro occurrēt occisori. Qui mox extracto gladio vbi inimicū expetijt in terraz prostratus occisor clamauit. Miserere mei nobilissime vir pro illo qui tui misertus z omniū atz mundum istum sua morte redemit. Repente nobilis animus in lachrymas resolutus illam quam extenderat manū retraxit. Sed cū hoc ignauie ascriberetur a suis et iteruz manū extenderet in prostratum. iterato reo ob remissionem peccatorum eius veniam petens secundo manum deposuit Tertio increpato a suis cū morte certius intentaret. et miser ille ob euasionem angustie quam omnis caro esset in extremo iudicio perpessura veniam precaretur. respondit nobili genere sed nobilior mente Et ego inqt tibi prorsus mortez fratris indulgeo Nec mora eadem die vt audiret missam ecclesiam introgressus. vbi coram imagine crucifixi tertio flexit genua visus est a quodaz sancto viro ad singulas genuflexiones illius nobilis crucifixus caput suum humiliter inclinare. Deorsum ergo vir sanctus ille qui solus hoc viderat nobilem euocatuz quis esset interrogat. Et ille miles inquit dicor in terra qua natus sum Et rursum ille. Dicas inquit charissime nihil celes. in quo confidis te magis diuinam misericordiā meruisse. Tunc miles. Peccator inquit sum et seculo deditus in nullo prorsus nisi hodie forsitam veniam pmeruī. Et hoc dicens quid actum sit retulit. Mox ille et quid vidisset exponens ad actum vite gratioris et meriti nobilem exhortatur.

.xlvi.

Erat vt memini parū ante nostra tempora iuuenis quidam sagax ingenio dives valde qui nuncios suos p diuersas mundi partes causa mercationis mittebat. Vt autem venerunt quidam ex ipsis in partibus orientis reperiunt gentilem quendam in omnibus copijs et rebus mundi sup omnem modum ditissimum. liberalez in omnib⁹ et fidelem. Quid plura? Nūciant illi se habere talem dominum. vadunt et redeunt muhera ex parte domini sui gentili deferunt. Referunt q3 maiora iuueni christiano Et videtantum amore ammiratione3 succēditur q3 properat cum multo comitatu et muneribus in oriente videre gētilem. quem ille cum magna gloria z exultatione susceptum expert⁹ est honestum hominem moribus sagacem ingenio z pre omnibus liberalem secumq3 tenet illum non paruo tēpore nec paruis expensis Qui cum redire deliberaret ad patriam eum ad thesauros incomparabiles introducit. sed cum aliquid ille accipere recusaēt constantissime tandem ostendit illi septem puellas virgines in cōclaui nobilissimas genere et pulcherrimas in decore quas sm ritum suum ducere proponebat tempore oportuno z dixit ei Ex his tibi vnā eligas in vxorem Nec mora Juuenis sup modum animo raptus et oculis vnam elegit prestantiorem moribꝰ et decore Cui gentilis. Optionem inquit dedi ti

bi et tu quidem mihi pre omnib⁹ di lectissimam elegisti. Et tu quidem sapiēs experieris quid dederim tibi et ego vt minus sapiens propter te q̄d dimiserim non causabor Hec dicens sponse tradidit condigna munuscula et eam tradidit christiano. At ille ad propria veniens sponsaz suam in magna gloria baptizataz accepit vxorē et mulierē mire virtutis inuenit. Ipe autem auctus gloria et diuitijs in virum profecit maximū ciuitatis. Gentilis autem frequenter recolens quid in dicta iuuēcula perdidisset grauari cepit animo vltra q̄z credi potest et paulatim pre tristitia cōtabuit in ea species atq; sensus De die sūt in diē. de anno in annum. de tempore in tē pus decrescens rebus cum nihil curaret de omnibus que haberet tandem ad extremam miseriam deueniens. exul de patria quasi infatuatus pullus est ab amicis. Qui cum quid ageret ignoraret. incidit cordi eius amicum suum visitare debere pro quo ista pertulerat nequiens credere eum futurū collatorum immemorem. et nunc tanti piaculi contemptorem. Aggressus ergo iter venit ad locum vbi ille manebat Pulsauit ad portam amici sui dixit quis esset Reflexit nūcius verbum non intromissus est. Quo facto gentilis contristatus ad mortem vespere veniente super vastum ecclesie atrium se proiecit. Intempeste ergo noctis silentio quidam latrunculus insidiatus cuidam transeunti occidit eum clamq; discessit Mane autem inuentus est homo occisus iuxta gentilem et ignotus capitur et ligatus nobilibus et populo ciuitatis offertur. et sibi factum imponitur Qui cuz desperatione fractus homicidium non negaret. ille quōdam amicus ei⁹ stās diutius stupefactus cōtemplatus est hominem et cognouit statimq; prosiliens cum ille duceretur ad mortem clamauit. Innocens iste est ego sum qui factum feci. Nec mora dum cum maximo clamore et meroze populi procumberet decollandus ille qui factum fecerat prouidentia diuina virtus tam nobilem et innocentez hominem deperire in medium prosiliens exclamauit Innocentes simbo et primus z secundus. Ego sum ille nequissimus qui homicidium perpetraui. Mox iudex z proceres ciuitatis mirabiliter stupefacti simul capiūt ductos tres viros et factum diligentius perscrutātes cum veritatē per omnia cognouissent innocentes absoluunt et ipsum reum pre ammiratōne piaculi dimittūt. Christianus sūt ille obuijs manibus et oculis amicum suscepit et vt breuiter dicam inuitat ad fidez. annuit ille. baptisatus est accepit vxorem nobilem consobrinam amici. et eo cogēte dimidia cuz illo bona partitus est que habebat.

.xlvij.

Fuit in roma vir pius et bonus qui indifferēter homines religiosos et pauperes ad hospitium inuitabat Contigit autem eum cōfectum senio attenuari vel aporiari rebus temporalibus et angustiabatur plus q̄ soli tam hospitalitatem exercere non posset. q̄z q̄ ad vsus suos sufficientiā non haberet. Cunq; vna noctium anxius pro talibus iaceret in lecto semi vigilans audiuit vocem dicentem sibi. Vidi charitatem tuam quam in exhi

benda hospitalitate multo tempore infatigabiliter habuisti. et per hanc ad vitam deveniſti pauperem. Volo ergo non ſolum in futuro remunerare te verum etiam in preſenti. Loquere illi diviti. et de vinea tua que melior eſt cum vinea illius cambium facies Ipſe autem libenter annuet verbis tuis. Habita ergo illius vinea in medio illius acervum fodies in profundū et ſub eo reperies quod romanis copijs eſt inviſum. Ad hanc igit vocem cum nō homo protinus obediret. ſecundo quoq; 7 tertio idez qō vox divina primo precepit. Tunc hō ad divitem veniens obtulit concābium vinearum Cui dives Libēter inquit 7 quo melior tua vinea mea tibi ſoluam Cui pauper nolo ait ſz equo valore concābium fiat et factū eſt ſic. Mox paup cōmunicato ſecrete ꝑ filio filio quē habebat et duab⁹ ꝑ filib⁹ ad acervum cum eis ſuprādictū accedit in vineam. et incipiunt fodere cuz ſpe magna. Cunq; diu fodiſſent nec adhuc effectus ſui ſignum aliquod invenisſent ceperunt patri ſuo filius cū ſororibus inſultare. Quibus pater. Nullo ait modo poſſum credere ꝙ fruſtrabor Acervo igitur pater cum filijs viriliter inſtantes tandem in ꝓfundum inter ingentes lapides vas marmoreum plenum aqua. et in ore ipſius vaſis ollam vitream plenā balſamo. et in oreficio olle vas paruum fictile. et in ore tres lapides ꝑciosos ſmaragdum ſaphirum et carbunculū quantitatis non modice reppererunt. nihil ergo aquam in vaſe marmoreo reputantes eam effuderunt. que mox vt eſt effuſa inſtrumenta erea in quibus laborauerant perfuſione contingens es ipū in pulcherrimi auri ſpeciem commutavit. Erat enim aqua ex ſanguine et carnibus baſiliſci in modum aque roſacee per elevationē facta qua ſolet ab alchimiſtis aurum fieri ſophiſticatum. ſed hac aqua deus noluit dicti viri innocentiam maculare. et ideo effuſa diſparuit. Balſamo vero cum dictus homo debilitatus viſu vſus fuiſſet neſcius quaſi cōmuni oleo ꝓ dies aliquot recuperavit integerrime viſum. et poſt cognito per preſbyterum ſuum ꝙ eſſet balſamum vendidit illud ineſtimabili ꝑcio. 7 pro lapidibus quos invenerat preciosis pecunias copioſiſſimas et multas accepit. Factuſq; dives et inclytus glorificavit deum 7 poſt ſe filios et nepotes ſuos cum multis copiis dereliquit.

.xlviij.

Contigit vt in porta frontis eccleſie cathedralis in gallia imago vſurarij ſculpta deſuper de lapide quaſi cū ſacculo pecunie evidentius preminēt Vt autem quidam maximus et ditiſſimus vſurarius civitatis eccleſiaz debuit intrare per portaz imago vſurarij deſuper cadens ſuper caput intrare conantis illiſit et repente contrit⁹ turpiter expiravit.

.xlix.

Vidi et ego ipſe in brabantie partibus vſurarium nequam valde qui multos nobiles et potentes exheredaverat et ipſos pauperes ſpoliaverat ſupra modum Hic frequenter occurrens religioſis rogabat quaſi cuz lachrymis pro ſe orari. ſed in nullo ſe penitus correxit Cūq; ſup hoc eū frequenti⁹ arguiſſēt. nec tamē in aliquo

profecissem accidit vt repentina infirmitate correptus ad extitum appropinquaret. Et ecce subito duo ingentes tenebrarum canes lectum iacentis circuitibus ambiebant Ipse vero protracta lingua prope ad longitudinem pedis debiscens horribiliter expirauit

.I.

Nostro tempoē anno ab incarnatione domini Millesimo ducentesimo vicesimosecundo abbas wilhelmus nomine monasterio valerienſi in brabātie partibus prefuit. qui in pauperes largus valde et pius tali occasiōe miraculi extitit. Curia erat cenobio vilariēſi in losenſi comitatu que heir dicitur in qua bos cōuersus fratrib⁹ fuit elegans forma pinguedine et virtute. de cuius carnibus paupercula pregnans comedere irremedabili desiderio concupiuit. Flebat aūt quotidie et quasi cuz vite periculo torquebatur. Babantur illi bouine carnes pulcherrime. sed ad restringendum eius concupiscentiam non valebant. Veniente ergo abbate wilhelmo ad curiam et narrante cōuerso fratre periculum mulieris respondit abbas. Melius est occidi bouem q̄ hominē sed secrete hoc facias et comple desiderium mulieris. Introduxit ergo frater conuersus bouem vespere secretius in conclaui. et occisum excoriatuz q̄ mēbratim diuisit et reposuit. Particulam vero quam mulier concupierat in boue mox trāsmisit qua comesta ea mulier ex toto conualuit Mira res horrendum spectaculum. Mane facto cum frater conuersus famulos suos ad aratrum sequeretur. vidit bouem occisum arantem in aratro. z supra q̄ credi potest terribiliter stupefactus recurrit ad domuz. intrat thalamū requirit carnes repositas. nihil de boue prorsus inuenit nec carnes nec pellem nec saltem sanguinez quē effudit. Cuius rei tres fratres in domo testes idonei pro veritate fuerūt sed ipse carnifex vir fidelis et bonus necnō super omnes ipsa mulier que in sola bouis occisi carne conualuit. Familiam autem curie res penitus latuit. quia eaz diuulgari abbas stricte prohibuit. apud ipsum abbatem res adeo valuit. vt sicut ipse dicebat. qui ante naturaliter parcus fuit largus super omnes abbates ordinis z pius in pauperes extitit

.II.

Anno ab incarnatione dñi Millesim⁹ centesim⁹ nonagesimusquintus. multa per gallias et theutōie partes miracula contigerunt. Ex quib⁹ vnū referam quod cuidā matrone in brabantie partibus contigerat quā optime noui. Erat in illo tempore circa montes alpium et anglicum mare fames pervalida ita q̄ communis multitudo populi pmaxima moreretur. Tunc illa quaz diximus matrona genere clara z opibus. egenis cepit sine pondere mensura z numero liberalitē erogare. Od cernens vir eius miles artauit eam et eidem farine mensurā certam per singulas ebdomadas dari fecit. Quam vbi die quadam totā expenderat instante paupere et petente precepit ancille domina vt diligēter scopata cista in qua farina fuerat reposita pauperi si quid inueniret afferret. z fecit ancilla vt iussit domina Post hunc venit et alter qui se nihil

comediſſe infra biduum deplorabat quod vbi audiuit domina fleuit et iterato iubet ancille ſcopare ciſtã ⁊ pauperi aliquid impartiri Jurat ancilla nihil penitus in ciſta remanſiſſe Sed inſtante domina cũ lachrymis vt attentaret. currens impatientius et ciſtam aperiens plenam flozentiſſimis ſimila mox inuenit. Ad cuius intuitum ancilla clamãs horriſice cecidit in extaſi reſupina · Clamore audito occurrit domina. occurrit dominus occurrerunt famuli et viſo miraculo in commune dominum benedicunt. Mox vir ipſe horreum letus aperiens omnibus ex illa die conuenientibus dedit. nec defuit ãnona ciſtartijs donec ſuperueniente auguſto propitiaretur dominus populo quez afflixit Dixit autem mihi dictus miles maritus domine. q̃ niſi fuiſſet miraculuz nequaq̃z ſibi tria vel quinq̃z horrea ſuffeciſſent. ſed et ipſa venerabilis et nobilis femina ſicut cõfeſſori ſuo mihi ſincero amico et cum gaudio mentis dixit q̃ et nocte et die ſeptem horis que canonice nuncupantur auis mire pulchritudinis et decoris eam dulciſſimis et ineffabilibus vocibus annis ante mortez plurimis conſolaretur. elanguit enim multo tempore lecto iacens. Cũq̃z queſiuiſſem ab ea cuius auis vocem imitari illa volucris videretur: Nihil ait in terrenis eſt quod illius poſſz vocibus comparari. Nec ſolis auribus delector in illis. verum etiam ad cor interius trãſfunditur modulamen. et ex eo ſpiritus meus ad delitias eternales deſiderantius excitatur

.lij.

Qz autem egeni ſunt hoſpitijs

inducẽdi venerabili femine ade de belomen tali miracũlo demonſtratur. Recedente viro ſuo nobiliſſimo milite nec vt ipſa exiſtimauit diebus plurib⁹ rediturο petente ipſo hoſpitium receptus eſt. Illo ergo gementẽ et cauſante debilitatem cozporis fatigati petit in lectum ſuauiſſimum ſe deponi. Nullum autem lectum habens domini ſui lecto meliozez. in eo lepzoſum hominẽ mox deponit Nec moza ex inſperato dominus rediens petit in thalamum intromitti. Diſſimilans ergo domina. coniecit ille aliquem eſſe in thalamo et irruptõne facta hiemali tempore lectum ſuum roſis fragrantiſſimis coopertum inuenit. Ammiratus igitur querit quid factum ſit. indicat vxor. nec moza in laudem chriſti ambo cum lachrymis reſoluuntur.

.liij.

Illuſtris domina aleidis carnotẽſium ac bleſenſium comitiſſa michi de auo ſuo retulit dicens. Nobiliſſimus ac potentiſſimus in baronibus gallie comes carnotenſium ac bleſenſium pariter thebaldus liberaliſſim⁹ omniũ ſuo tempore extitit in donando. Iſte hieme media que tũc ſolito magis inhorruit per viam cum multitudine tranſiens obuiã habuit pauperem nudum. Quo clamante repõdit comes. Quid petis? Cui pauper Da mihi cappam quam habes induitam. Nec moza comes extradã cappam pauperi dedit dicens. Si quid amplius petis? Et pauper. Da et ſupertunicale quod habes. quo habito ſtatim tunicã petiuit. quã vt comes dedit remãſit i lineis Cui paup vides ĩq̃t comes q̃ caput habeaz raſũ et nũ

dum da et pilleum. Tunc comes paululum erubescens (caluus enim erat) nunc inquit charissime nimis insistis quia hoc ipse carere nō possum. Hoc dicto relictis vestibus paup evanuit Comes vero de equo cadēs fecit lamentabilem planctum et omni tempore postea tale quid cauens omni le petenti tribuit

.liij.

Accidit nostro tempore vt certissima relatōe didicimus in quodaz monasterio vt congesta cuiusdam defuncti feneratoris de aottrebaco pecunia in ipo cenobio seruaretur. Igitur die quadam cum quidam famosissime sanctitatis frater walteri⁹ monachus scilicet de beamont iuxta scrinioz in quo pecunia seruabatur oraret desup diabolum sedere vidit Territus autem ad horam sed signo crucis munit⁹ interrogat Quid hic sedes quid hic expectas nequissime humani generis inimice? Cui ille. Bene inquit et iuste hic sedeo. hoc quod meum est conseruando. Nec mora monachus ad abbatem currens quid vidisset exponit. Abbas vero in attrebaco pecuniaz cum omni velocitate remisit

.lv.

Sed et hinc q nostro fere tempore sub quodaz religioso abbate in vilariensi monasterio in brabantia contigerit audiamus. Maxima pecunie summa libraruz forte mille sexcētarum mortuo quodam vsurario in namurco in dictuz monasterium est delata. Ex quo cum multe possessiones empte essent quidam vir arte cōscientie abbas monasterio est electus Quod vbi comperit factum, doluit et venditis ouibus atq pecudibus rebusq mobilibus pecuniam in namurco remisit vt spoliatis singul'red deretur. sciens sicut nephas est pauperes vsuris spoliare quod vsurarij facere solent sic etiam iniustum est iniuste parta retinere. Nemine autem assumere volente restitutionis negocia. pecunia iterum ad monasterium est delata. Pius ergo abbas reportātibus indignatur. Jussit enim iterato referri et in foro coram ciuibus et oī plebe deponi dicens. Pecuniam qui velit accipiat. nr̄am esse renuo quaz iniuste ac quisitam non dubito. Nō vbi viderunt ciues edificati non modicum in hoc facto communi cōsilio per manus fidelium virorum pecuniam ipsaz iniuriatis singulis reddiderunt. Monasterio autē deus nō multo post in decuplo plura restituit et quod ante tenuissimum et mendicuz fuisse probat modo elegans 7 in'tis copijs opulentum videmus 7 amplīatum

.lvi.

Sub nostro tempore nuper in thorouth oppido flādrie puer achas annoruz quinq honestis valde parentibus oriundus fuit. Qui primo visis minoribus fratribus a parentibus suis lachrymis multis obtinuit vt ipsoruz habitu vestiretur. Qz cū hoc illi primum quasi puerile viderent crederentq scōm quod in alijs pueris videri solet oblivione temporis similiter in illo aboleri. animaduertunt parentes 7 vicini eoruz omnes q serioſe puer cepit ꝓfuetudines ordinis modis mirificis obseruare. incedere nudipes et dura corda precingi. argentum et aurum summo

pere vitabat attingere et in hoc arti
culo casus accidit mir⁹ valde. Nego
ciatores quidam ad hospitiū patris
eius hospitandi gratia declinarant.
qui viso in tali puero habitu mirati
sunt.⁊ cum intellexissent puerum om
nem vitare pecuniam nummum in
vasis fundo quo bibebant latēte im
mittunt ⁊ cū modico vini puero por
rexerunt Qui vbi exhausto vino pe
cuniā vidit.exclamans horrifice vas
ꝓiecit tentisq; in celum oculis et ma
nibus cū lachrymis dixit Tu de⁹ no
sti omnipotēs q̄ inscius meū ordinē
violaui Hinc tremebund⁹ expalluit
et quasi ad mortem tendens nigredo
eius faciem occupauit. Quod vidēs
eius pater expauit. et currens ꝓpere
sacerdotem adduxit qui puero absō
luto manum imponens eū a dolore
et penitudine mitigauit. In platea
puer edens pueros vicinorus dieb⁹
solen nibus conuocabat. et eos si di
storti essent in moribus. si superbi. si
ornati vestibus arguebat. penas in
ferni pro eorus excessibus ꝓponebat.
bonis vero pueris celorus gloriā ꝓ
mittebat.interdum eos docebat ora
tionem dominicā. scz pater noster.et
q̄z bonum esset matri xp̄i in salutatō
ne angelica et genuflexionibus deser
uire Ad has pueri puocationes ⁊ ex
hortationes senes etiam ipsi cū iuni
oribus concurrebant. et miro modo
delectabanť in prudentia et respōsis
eius. Patrem ꝓpium iurantem vel
leuem in gestibus aut ebriosum si qñ
videret ei compatiendo et quasi cus
lachrymis arguebat dicens. Pater
carissime. nūquid presbyter noster in
ecclesia dicit.quia qui talia agunt re
gnum dei non possidebunt Patrem
q̄ cū in solennitate quadā optimis
scarleticis et rubicūdis vestibus vte
retur cum graui merore corripuit in
ecclesia coram considentibus dicens
digitoq; demonstrans imaginez cru
cifixi Intuere mat intuere et videas
dñm ihesum in cruce nudum pendētez
sanguine rubricatum.et tu te in cōtu
meliam eius vestib⁹. carleticis ador
nasti. Caue mater caue carissima ne
pro ruboze vestium penas eternalis
ignis incurras. Hec mora mater ver
bum filij nō modicū exhorrescēs ve
stes deposuit et eis vel talibus vti vl
terius penitus abnegauit.Sed quid
moror. Impossibile quidem esz ver
bis vnq̄z attingere quanta dignitas
morum eius.quanta in oratōne sedu
litas.quāta oculorū grauitas.quāta
incedentis hūilitas.quanta in loquē
te congruitas.Et hoc quidem mira
bilius omnibus excedebat q̄ etas tā
tum et vmbra exilis corporis puerū
ostendebant. mores vero et gest⁹ ei⁹
pfectissimū virtutis virum in omīb⁹
predicabant. Hic noncū septennem
impleuerat etatē et consummatus in
breui expleuit tpa multa. Placita em̄
erat deo anima ei⁹ raptus est ne ma
litia mutaret intellectū eius.aut ficto
deciperet animā eius.Appropinquās
em̄ morti cōfessus est sacerdoti. sacra
mentū xp̄i corporis postulauit.Sed
cum hoc ꝓpter generalis pcilij vetitū
ne in etate tali puero conferreť sacer
dos facere nō auderet. puer cū mira
orationis gratia extensis in celū ma
nib⁹ dixit. Tu nosti domine iesu xp̄e
q̄ summum desiderium meum est te
habere. Petiui te feciq̄ quod debui
et spero confidentius q̄ tui pītia nō
frustrabor His dictis parētes circū
sedentes et flentes cōsoatus est et ad
meliora ꝓuocans inter verba exhor

Venerabil et deo digni magistri bonifacij quondam lausenensis episcopus relatione cognoui veridica q̄ quidaz nobilis sue diocesis venatum circa montes alpium pergens familiam suam inclinata iam die cū canibus perdidit. soluſq; in siluam ē reuersus. Illo ergo horrente solitudinem et si quid audiret diutius expectante. tandem duos ex canibus auscultat quos venabulo insonāte confortans reptando cum manib⁹ et pedibus ad locum conatur ascendere vbi latrātes caniculos audiuit At cum illuc cum difficultate peruenit inuenit locum planum pulchrū valde atq; gramineū intra montes In quo quasi hominem magnuz et elegantē forma facietenus p̄stratū videns duas clauas ferreas ad vtrūq; latus iacentes. horrentibus oculis intuetur. hūc miris plagis et vulneribus cruentatum dicti duo canes venatici latratibus circuibant sed mox ad cōspectū domini sui militis obmutescūt. Post horrorē aūt assūpto spū dixit p̄strato. Si ex p̄te dei es loquaris. et si quis fis aut vnde veneris edicito. Cui ille. Ex p̄te dei sum et ordinatione diuina tibi talis appareo vt in me misero penitentie sumas exemplum. Mortuus sum licet tibi corporalis appream. miles fui viuens peccator inanissimus ea tempestate qua richard⁹ rex anglie cōtra philippum regem francie p̄lia concitauit. In illa ergo expeditōne que a brabantigenis in pictauia et gasconia facta ē ego infelix luxurijs homicidijsq; debachabar. nec ī his alicui conditioni vel etiam sexui flexus miseratione peperci. Medio igitur tempore validissimam febrē acutam incurri. et tamen nec tunc cōtritus suz nec p̄fessus nec xp̄i corporis sacramenta suscepi. Instante autez hora mortis obmutui et ecce supra spem misericordie diuina preuent⁹ sum et valida contritōne permotus qui licet loqui non possem tamē lachrymas excussi et in his vitaz deo p̄piciante finini. Nec mora. defūct⁹ sum et duobus demonibus tradit⁹ nequissimis. instar clauarum istarū ferrearum tormentis vsq; in diem iudicij cruciandus. et hodie quidez per ascensum montium istorum me am miseram animam impulerunt. et iterum per abrupta eorum eam cum dictis clauis ferreis precipitez depulerunt. Scias tamen tormentū istud taz magnum et tam diuturnū spe venie quam in fine mundi habiturus sum mirabiliter releuari. Nec mora. vbi spiritus ille hec verba finiuit corpus quod videbatur aereum cum dictis clauis ferreis quasi fumus euanuit. Miles autem qui hec viderat et audierat a rapinis pauperum et mala vita conuersus correctius amodo vixit. et multos alios peccatores ad exempla penitentie sua narratione p̄mouit.

.cxiij.

Contigit q̄ quidam magnus prepositus ciuitatez ¦meydenburgē sem vespere quasi in crastinarum re cessur⁹ intrauit. Et ecce de nocte in primo somno subita infirmitate cō pulsus priorem fratrum predicato rum cū festinatōne mandauit. Ueni entem ergo priorem rogauit prepo situs instanter cū lachrymis vt eum reciperet ad ordinez et mox vestiret Cui prior. Cras inquit fiet quia in hoc fratrum p̄sēsus est requirend⁹. Et prepositus Scio inquit scio q̄d sentio. Crastinum vir habebo. Si diligitis salutē anime mee festinate recipere penitentem. quia certus sū q̄ in seculo non saluabor. Et ergo instantiam viri prior vidit perrexit domū excitauit puentū requirit p̄sē sum. allegat sufficientiā viri ad ordi nem etiaz si adhuc aduiuat Annuit mox puentus. defertur infirmus in domū receptus induit. ꝓmunicatur iungitur. et aīa die vite ꝯfugit. Nec mora. in monasterio primo ciuitati quedam monialis vidit in somnis quendā patrēfamilias in loco com modo residere. Ad quē cū multi fra tres ordinis predicator⁹ quasi post laborez pro denario diurno accedē viderentur. extremo quidam ignot⁹ homo tarde tamen protēdit manū vt denarium acciperet tanq̄ frater. Quem paterfamilias diligenter in tuitus. Denariū inquit sed non mō accipies multis pri⁹ ¦remedijs expur gandus. Hec cum dicta monial' pre sbytero monasterij recitasset q̄sūisz q̄ si quis fratrum predicator⁹ defū ctus esset. tū presbyter se fuisse de ve spe in domo fratrum infirmum vel defunctum neminē meminisse respō deret. mane post primā venit' ¦suppri or fratruz predicatorum qui promi serat predicare puentui Dixitq̄ pre dicare se non posse quia defuncti ta lis fratris sepulture interesse deberz

.cxv.

Quante autem prudentie sit pe nitentiam agere in hac vita exēplū subsequens demonstrabit. Erat vir fidelis et bon⁹ sicut magister alber tus frater ordinis predicatorum sibi ab his qui rem familiariter nouerāt traditum referebat qui post diutur nam penitentiam quam sanus fece rat incidit in languorē grauissimuz quo per annū non modice tribulat⁹ rogauit cum lachrymis dñm vt tan to dolori finē imponeret data mor te Nec mora missus ad eū angelus domini dixit ei. Exaudiuit domin⁹ precem tuaz q̄ eligas quod vis. aut tribus diebus purgatorij pena tor queberis si nunc discedis. aut si ad huc per annuz in languore manere volueris sine vllo purgatorio ad su petos euolabis. Tunc ille presentez penam recolens. nec futuraz aduer tens respondit. Mori potius eligo et non tantum tribus dieb⁹ q̄z quan tum domino placuerit. in purgato rio tribulari. Fiat inquit angel⁹ fm verbum tuum. Nec mora. languēs morte solutus est et eius aīa in pur gatorio deportata Uno ergo exa cto die [illegible] angelus ad locum pur gatorij v[illegible] torquebatur t dixit Quid nunc agis o anima que pro languore vnius anni tribus diebus elegisti in igne purgatorio detineri Cui anima O seductor inquit non angele qui me in penis multis an norum circulis pro tribus dierum spatijs fefellisti. Et angelus. Non

moza inquit ꝫ ineffabili tortura de cepta es.q nō nisi vnuz dīe de trib⁹ i purgatorio exegisti. Tamē adhuc si retractare volueris domin⁹ miserebitur vt ad corpus tuū qđ nonduz sepultū est reporteris vt p annū vnuz languoꝛē quem exptus es patiaris Cui aīa. Annuo inquit vt non per vnūm annū tantū ꝫ vsq; in finē mūdi languore etiam detineat acriori. Hoc dicto aīa reportat ad corpus et per annū in languore detēta multos quibus hec retulit ad penitētiā animauit.et post vnum annū iterato defuncta transijt ad superna

In vrbe germanie .cxvi. treuerensi totius europe antiquissima ciuitate structura quedā mirabilis erat quē belene pstātini matris palatiū dicebat Hoc ne ab inimicis preoccuparet in periculū ciuitatis a ciuibus est destructū. In cui⁹ late a pte aquilonari oratoriū puū inuentum est. in quo altare ex alabastro candidissimū erat.7 in latere dextro sepulchꝝ. Scriptura vero super sepulchꝝ in pariete legebat. Sancte theodulphe nostri petim⁹ miserere. Ad sepulchꝝ igitur ciuib⁹ pariter adunatis vocati sunt fratres predicatores. Et ego casualiter supueni. Depposito ergo lapide corpus inuenimus incorruptū et apto scemate ad cooperiendū nature secreta manus sup verenda dimissas. De pmissione vero ciuium manū ei dexteraz quā in sacrificio corpis xpi viuens extenderat mox abcidi 7 fratribus predicatoribus dedi. Hui⁹ reliquias capillor et vnguiū in antiquissimo monasterio ia dicte ciuitatis qđ in horreū dicitur cū superscriptōne veteri et alijs reliquijs sanctorū inueni

De hoc beato viro et eius fratre beato theodrico qui i alia pte structure supradicte incineratus est. fama antiquissima ferebatur. Fuerūt ambo filij sororis cuiusdam impatoris romanor.quor beat⁹ theodolph⁹ iussu auunculi filiam regis brit ānie desponsauerat adhuc puer. Cunqz adolescens factus spe gratioris vite sponsam nollet accipere in vxorem sed ỹgo in perpetuū remanere.celar indignatione permotus illuz de patria expulit. Qui treuerī veniens et habitum monachalem suscipiēs qđ in artissimo specu in loco quem diximus se reclusit. Erat autez et lect⁹ eius lapideus cuz ceruicali lapideo iuxta oratorium quod predixi. De cuius vero creditur frater eius 7 vita beatam in eodem loco duxisse. Secreto autem 7 consilio pupuli ciuitatis sacrum corpus in eccia frm predicatorr translatū est.et retro altare digna veneratione locatuz. Re uolui autem postea cronicam tpm et de his duobus fratribus scriptū legi.quia sub clodoneo rege francorum.hi viri sancti et deuoti floruerī Credo tamen saluo meliori iudicio digne quidem beatum theodulphū pro signo et incorruptione ỹginitatis in carne incorruptionis gloriaz etiam in corpore suscepisse. Unde in libro sapientie dicitur Incorruptō facit proximum esse deo.

.cxvij.

In theutonie partibus miles qđ dām ad deponendam herbam de prato conduxerat falcatores. Illis ergo falcantibus in vigilia cuiusdā sancti vbi vespertinum aduenit per villas in circuitu compulsabat. Et mox vn⁹ ad socios falcatores. De

sistamus ab opere qm̃a iaz vespere pulsatur. Sed cum illi nollent. imo magis verbis eū confunderent ipse mox opere derelicto fuit ad vespas Tertio autem die ad opus imperfectum cum ceteris redijt vidítq; antecedentibus alijs se solum falcare posterius oportere. z ꝓpter hoc ab omnibus est derisus patienter tñ ferēs risus omnium et cachinnos vbi manum ad falcem posuit antependentem in sarculo graminis dragmam mire magnitudinis auream mox inuenit. Curuatus ergo in genib⁹ lachrymis dñm bñdixit. Quo clamāte concurrunt socij. ꝓcurrit et miles ꝓatoꝝ dñs. vidit diuinum miraculum scripturāq; miles litteratus in nummo voce patria legēs. Hoc vt interpretari potuimus continebat Manus dei me compegit et in domum me redegit pauperi qui nō infregit diem sancto celebrem. Hanc dragmaz vxor militis marcha erga pauperem emit. et multis postea in rei geste testimoniū oñdit .cxviij.

Erat presbyter quidam admodum paup z tenuis et deuot⁹ valde erga animas que in purgatorio torquebantur adeo vt omnib⁹ diebus nullo excepto missam pro fidelibus defunctis celebraret Accusat⁹ ergo pro aliqua re apud epm̃ citatus est z ꝓfessus veritatem simpliciter compellebatur vt mādato staret episcopi iuraret et fideiussorem poneret pro emenda. Juravit igit̃ presbyter sed angustiabat vbi fideiussorē acciperet qui pro ipso rñderet. Nec mora. oculi episcopi ꝓpellētis sūt apti et plus q̄ mille manus in aere quasi ad spondendum pro presbytero vidit extēsas. Quo viso presul dixit. Sufficientes habes qui spondēt ꝓte. vade et de beneplacito dei z meo misse officium pro defunctis exerceas sicut prius. .cxix.

Matris relatione didici quod narro. Quia mea filium primogenitum habuit indole insignem et decore precipuum Quo mortuo incōsolabiliter doluit. nec forte sine presagio futuri mali. Nam post illum aliuz habuit qui pompa vanitatis illectus dilapidator reruz fuit. Patre ergo vt dictum est primogenitū incōsolabiliter lamentante apparuerunt ei iuuenes in via quadaz vt visum est ei cum ingēti gaudio gradientes Cunq; memor filij eum inter illos non esse videret fleret. ecce p⁹ alios filium suum lento gradu sbsequentem agnouit Cui mater cū grauí clamore dixit. Et quid est fili q̄ solus et non cum alijs graveris retardatus! Cui ille in toga lateralí magnum aque pondus ostendens Ecce inquit mater lachryme quas pro me inaniter effudisti. quaruz pōdere ab aliorum prosecutione retardor. Ad deum ergo lachrymas cōmutabis z in presentia officij corpis xpi cum elemosynis pauperum pro me coꝝ pium et deuotum effundas z tunc liberabor ab incōmodo quo nunc grauor Nota tamen lector dispensatione diuina vel ad consolationem vel ad correctionem matris se dixisse mortuum iuuenem manibus lachrymis a comitatu sodalium retardatum. quia meritis quidez viuētium defunctorum anime adiuuari possunt. sed prorsus non possunt demeritis impediri .cxx.

Ottone impatore mortuo q̄daz cognata eiu⁹ in monasterio v̄ginuz

preerat que zelo castimonie circa sb/ditas mire feruebat. Obseruans er/go die quadam fenestram locutorij summo mane quēdaz lenitez pulsan/tem audiuit. Qua aperta ecce impa/tor apparēs matertē dixit. Defunct⁹ ego sum et in purgatorio penis ex/cruciox. Dirigas ergo nūcios ad di/uersa et deuota cenobia et decies mille psalteria pro me legi facias. ita vt ad singulos psalmos accipia/tur decem ictuum disciplina. et ad vnumquenq; versum addaꝫ saluta/tio. Aue maria et oratio dominica pater noster. psalmus vero, De pfū/dis quando accipiē disciplina dica/tur. Talibus remedijs post mortem viuens merui liberari. Et nota q̄ idem otto benignissimus impator precedenti anno mortē suā infinitā annonam tempore caristie diuersis monasterijs pauperibus dimiserat larga manu. Nec mora. missis nun/cijs ut preceperat matertere negoci/um eius ab omnibus summa cū de/uotione susceptum est et perfectum. Apparens ergo dicte matertere ad eundem locum fenestre quē dixim⁹ in aurora. tanta claritate circunda/tus est vt nullo modo cerneret eum sed audiuit. Gratias reddo tibi ꝛ p me misericordissimo dño grās age quia iam a penis ereptus sum ꝛ ad gloriam transeo sempiternam. Nec mireris lector qz ab illis audiui qui interfuerunt diutino languori eius ꝛ morti q̄ omni die sacerdotib⁹ xpi suum tradidit corpus flagellanduz. et eius cōtritio tanta fuit vt ille ve/re dignus conradus hildensenensis episcopus testaretur vix se posse cre/dere q̄ otto imperator post tantam ptritionis penitentiaz vel ad horā post mortem purgatoriū sustineret

In gestis sancti karoli .cxxi. magni regis legimus qō subiungo. Eidem regi miles quidaz in armis strēnu⁹ seruierat annis multis. Hic ad extrema pductus ad se consobri/num suū clientē quē soluz habebat supstitem euocauit dicens In comi tatu regis annis iam pstiti sexagin/ta nihil in mundo ꝑ̄ij possidens uisi qō ad militiā prinebat. et ecce soluz equum optimū habeo et ex hoc sta tuo testamentum. De ergo mortuo vendes equum et pecuniā pro aīa mea totaliter erogabis. Pollicitus est cliens vt ei preceperat auūculus Mortuo ergo milite satelles vidit equū validum et audacē. et eum nec vēdidit nec pecuniā pro eo soluit ꝛ eum retinuit statutū anunculi par/uipēdens. Circa dimidij vero anni transactū spatiū aīa defuncti appa/ruit satelliti manifeste dicens. Non curasti facere qō p anima mea sta/tueraz liberanda. et ideo medio tpe quo p elemosynas liberari debuerā passus sum graues penas. Sed ecce nunc iudicium dedit opex pōdera/tor omnipotens et oñes eius assel sores angeli esse iustū decreuerūt vt aīa mea ad requiē transeat ꝛ anima tua penas recipiat quas actur⁹ ad/huc fuerā in tormentis. His dictis repēte disparuit et mox satelles gra uissimā infirmitatē incurrēs. q̄ gesta erant pfessus est sacerdoti. ꝛ mortu⁹ penas quas merebaꝫ exoluit. Vide ergo lector quanti peccati sit et deli cti cunctox aut pntū tardare vel ne gligere testamēta. quib⁹ si effectū ha berent accelerarenē ad gl̄am. aut si nō habeant a gl̄a differanē. Alibi le gitur q̄ aīa defūcti p⁹ dies octo illi

clienti apparuit et dixit ei. Quia de te confidebam res meas distribuē das fidei tue cōmili. tu vero tanq̄ infidelis et proditor res meas retinuisti. quapropter conquestus sum de te summo iudici. quia liberatōm meam a purgatorio retardasti. Ait ego iam purgatus ad regionem vivorum gaudens vado. tu autē noveris q̄ cras hac hora penas tante infidelitatis exolues. Cum igit̄ confusus ⁊ stupefactus miser ille rei euē tum expectaret. ecce ea hora quam defunct⁹ predixerat corui nigri ipm rapientes lenauerunt in aere. et eo demisso super rupem cecidit. et fractis cervicibus miserabiliter expiravit. .cxxij.

Maria de ogmes sanctissima mulier cuius vitam venerabilis iacob⁹ achonensis quondam episcop⁹ postea romane curie cardinalis discreto sermone cōscripsit. Hec ergo aīa bus valde compatiēs que in purgatorio torquebantur. sup aīa quoq̄ matris sue defuncte solicitabatur in spiritu. sed hoc frustra vt iam patebit. Hāc itaq̄ propter elemosynas et honeste vite modum quo iné mūdanos ipsa quoq̄ mūdana vixerat. sperabat quidez posse salvari. sic tñ quasi per ignez. Sup hoc tñ dubio cum ipsa timeret qz iudicia domini abissus multa. rogauit dñm vt eam certam reddere dignaretur. Cunq̄ multas in hac lachrymas funderet accidit die quadam vt ad missaz in ecclesia iuxta altare quasi ad pedes dñi maria sederet. et ipsa horrore p cussa videret prope spiritū tenebrosum astare. que mox signo crucis timore fugato audacter quis esset interrogat. Et spiritus Ego inquit sū mater tua. Cui maria. Unō inquit tibi est mater. Tūc illa Male inquit Nihil me tue iuuare potuē preces cum me damnatam ppetuo inferni claustra detineant. Mox filia elato gemitu. heu inquit mater que causa damnatōis tue? Cui illa. Enutrita inquit fui et vixi in his q̄ p iniusta mercimonia et vsuras acquisita fuerunt. et conscia mihi mali ablata nō restitui. nō curaui aut aduertere volui quid contra deum in meo hospitio et mihi a subditis ageretur. sed tortuosas mundi vias ingressa. indignum misera iudicaui progenitorum meorum vestigia declinare. sprevi arguentem me super his et alijs malis meis. nec in vllo penitui. et ideo infructuosam vitam morte pmutans a futura seculi vita depij. Hec dicēs mater repente disparuit. Ancilla vero xp̄i consideratis per ordinem oībus etiam in matre damnata iustū dei iudiciuz benedixit. nec fleuit amplius ppetue morti traditam p quā carnis initia sumpserat. quia ratio intellectualis anime quā solus creauit omnipotens iudici vniversorū deo subdita concordabit. .cxxiij.

Narrantem fratrem ordinis predicatoruz his verbis audiui. Patre ait meo contra cōmilitonem suū virum divitem et potentem inimiciti as exercente fabrum habuit in vicino qui equos suos et eorū qui secū erant multo tēpe sufferrabat. Post hec faber cecidit in languorem ⁊ expensas per obliuionem vel incuriā nullus fabro soluit. Mortu⁹ est aūt post annos fere triginta pater me⁹. et apparuit manifeste p diem cuidā fidelissimo seruo suo gerēs in manibus flammantia ferramēta equorū

dicēs. Dicas vxori mee vt soluat ta
li homini tale debitū quo sic vexor
Post hoc nō multi dies effluxerāt
et ecce seruus ille cum amarissimis
lachrymis venit ad me ⁊ qd vidissē
exposuit. Collachrymat⁹ seruo am
bo ad matrez ingredimur. Audit il
la quid actū sit. addit ⁊ lachrymas
Accessit ad fabrum diutina tabe p
pe consumptum. querit si pater me
us ei in aliquo moriens tenebatur.
Tunc ille cum lachrymis suspirans
dixit. Heu charissima domina. imo
etiam in vna marcha. sed affect⁹ lon
go tedio monēdo postmodū incidi
in magnū languorem ⁊ sic filui vsq
modo. Nec mora mater soluit pau
peri integrum debitum. et mox solu
to isto cū alijs multis debitis vt mi
hi illa secreta narrauit. pater meus
in hunc modum apparuit. Videbaē
ei videre illum in balneo a sūmo ca
pitis vsq ad ima pedum quasi reste
longa totaliter inuolutum Cui ille
dixit. Apprehende funē et soluas me
Mox illa initiū funis accipiens pau
latim exsoluit. Et statim illius solu
tione gratulans et gratias agens.
Sic inquit prius fueram obligatus
in pena quoadusq solueres quo te
nebar. Veridica valde relatione di
dicimus quendam defunctum subito
ad purgatorium transeuntem cuius
dam sanctissimi viri precibus reno
catum ad vitam. Hic tale quid visū
et auditum in purgatorio referebat
Anima cuiusdam quem prius in vi
ta cognouerat grauissime torq̄bat.
In medijs ergo ignibus subito ex
ultabunda clamauit. Eya misericor
dissime deus nec in finez oblitus es
mei. Cui ania consors in pena. Añ
inquit tibi miserrima in tam horrē
dis supplicijs exultatio? Et illa alac
rito inquit exultabunda tripudio.
quia mihi scire a domino datum ē
in hoc instanti puerum natum qui
longo post futurus est presbyter. in
cuius missa prima quam celebrabit
ab his penis ad requiem euolabo.

.cxiiij.

Contigit in partibus galliarum
illo ordine nouiter inchoato gradi
entibus duobus fratribus predica
toribus ieiuniorum tempore añ pa
scha. Cum iam instaret tempus prā
dij hora nona et secuz quererent qs
fideliuum eos ad refectionem recipe
ret in terra rara hominibus⁊ igno
ta. subito affuit iuxta eos vir elegā
tis forme et habit⁹ peregrini dicēs
Quid pfertis inter vos fratres mei
Illis autem verecundantibus dicē
quid dixissent ait eis. Modice fidei
de hoc inter vos dubij querebatis
quis vos ad refectionem reciperet
in terra hominibus rara et ignota.
Christo credite veritati qui non be
fitantibus et in se confidentibus re
pmisit dicens. primo querite regnū
dei et hec omnia adijcientur vobis
Credidistis in hoc xp̄o vt tempora
lia ista pro illo dimitteretis et pau
pertate regnum celeste queritis et
nunc de xp̄o diffiditis ne vos sine
refectione dimittat et non quasi fili
os pascat Et hoc vobis signū. transi
bitis campum istum ⁊ in valle qua
dam villam parvulam inuenietis.
illic intrantes ecclesiā inuitabit vos
presbyter affectu magno. supueniet
miles qui violenter vos auferet sa
cerdoti. Et cum vos deducet perso
na loci qui alter patronus dicitur
maximis precibus obtinebit vos
a milite. et ambos inuitatores vos

militem scilicet; & presbyterum vobiscum largissimis ferculis reparabit. Confidite ergo in deum et fratris ordinis vestri exemplo isto confidē faciatis. Hec vt dixit repente disparuit. Illi autem per ordinem vt eis predixerat omnia reppererunt. et reuertētes parisius fratri heinrico de colonia et fratribus quibusdā alijs que sibi contigerant retulerunt.

.cxxv.

Cum quidam nobilis adhuc gētilis in exercitu tartarorum febre acutissima laboraret. & materia ad cerebrum ascendente in furiam rapt⁹ esset. dormientibus omnibus qui circa illum erāt aufugit nudus. et trib⁹ noctibus per heremum vastissimaz aberrauit. Tertia igitur nocte digesta materia cretticauit et ad se rediit compos mentis. Qui in tenebris horrentis solitudinis quid faceret quo se verteret nesciebat. Ecceq; p⁹ instans modicum discussis tenebris vidit in montis cacumine ingens lumen. Reptans ergo manibus et pedibus ascendit in montem. & ecce super omnem solis fulgorem regem ammirabilez vidit in throno aureo residentem. et ad eius dexteram reginam incomparabili decore fulgentem. vidit etiaz mixtim seniores et iuuenes in thronis aureis assidentes. ministros ex omni parte vultib⁹ sidereis rutilantes. Hec vt vidit gētilis super id quod credi potest obstupuit. Nec mora vnus vnus ministrorum a rege missus euz vestibus nuptialibus induit et ad regem duxit. Cui rex. Nihil ait in rebus humanis simile quid vidisti? Et ille. Nihil inqt domine. Et rex ad eum. Ego sū inquit xp̄ianorum deus rex et dominus sempiternus. Tu autem redibis ad populum tuum. & perquirens inuenies in gente bulgarica que immixta est genti tue duos presbyteros xp̄ianos talis habit⁹ et talis forme a quibus eruciēris ad normā fidei christiane. Hec vt audiuit gentilis renuit bonorum societate frustrari. Et mox ad eum rex. Impossibile ē inquit talem te remanere nobiscum. sed si christianorum fidem susceperis vt precepi. societate ista iocundissima perfruēris. Hoc dicto miles sedens in equo albo susceptit illum. et in exercitu tartarorum populo mirante reduxit. fuitq; apud euz dieb⁹ tribus et post repēte disparuit. Nobilis autem vt iussus erat presbyteros quesiuit et inuenit. et erudit⁹ ad fidem cuz multis militibus tartarorum sacrū baptisma suscepit. et christiane postmodum ac sancte vixit. Vestes autem quas vt diximus nudus accepat precipui coloris & molliciei. opus vero earum pulcherrimum id est ex acu factum aduerti poterat nec textrinum sed super omne artificium hominis diuina virtute contextum.

centesimum vicesimumsextum

Ingluuiei iuramentis et maledictōnibus in loquendo gallia pre ceteris fere terris studet auidius. In hac vt a fratre ordinis predicatorū audiui accidit quod subiungo. Bedebant quidam viri honesti quantum ad seculum in taberna et bibebāt. Et cum incaluissent mero ceperunt conferer de diuersis ad invicē et inuentus est sermo quid futurum sit post hāc vitam. Tunc vnus vanissime inquit a clericis istis decipimur qui dicunt animas sine corpo-

ribus viuere post hanc vitam. Hoc dicto in risum omnibus concitatis aduenit homo statura fortis et magnus. et residens cum illis vinū potitulabat. bibit. querit quis sit sermo inter eos. De animabus inquit qui supra. Si quis esset qui eam vellet emere foro optimo darem ea. et de precio eius in communi omnib⁹ ad bibendum. Tunc omnibus cachinātibus ille qui superuenerat talem inquit mercatorem quero. paratus sū eam emere dicito quanti dabis. Et ille elato vultu. Tanti inquit. Mox conuenientibus eis in precio soluit emptor statim pecuniam. et letantibus omnibus biberūt pleno calice non curante ad primum illo q̄ aīa vendidisset. Vespere aūt facto Tempus est inquit emptor vt quisquis nostruz ad propria reuertatur. vos tamen anteq̄ separemur date iudicium. si quis equū emerit capistri vinculo alligatum nunquid cum equo in ius ementis cedet et capistrum? Cui omnes pariter responderunt. Utiq; cederet. Nec mora. venditorē questionis et responsionis horrore tremētem. emptor cum anima ⁊ corpore vidētibus omnibus sursum leuauit in aera. et secum vt certum est ad inferna protraxit. Diabol⁹ enim erat in hominis specie. Quis eñ alius se animarum diceret mercatorez nisi ille in cui⁹ figura olim ad abraā dictum est. Da mihi animas. ceteras tolle tibi.

centesimum vicesimumseptimum

Vinearum custos sub tugurio in campestribus imminētibus tempestatibus latitabat. et audiuit clamātium voces in aere. Caue caue. Et alius respondebat. Quid cauebo? Et primus. Vineā petri richardi ne leseris. Sopita ergo postmodum tempestate sola vinea petri richardi immunis est reperta a lesura. Erat autem petrus richardus sic enim binominis dicebatur vsurarius pessimus. et obnoxius multis malis. Ex quo considerandum est q̄ in comitatu spirituum nephandorum amicos imo potius inimicos vt sanius loquor demōes habuit qui ei bona sua et si ad vite solatium tamē ad perpetue damnationis cumulum conseruarunt.

centesimū vicesimūoctauum.

In marchia flandrie atq; brabantie villa populissima est sita in qua dedicatio celebrata multos ad spectaculum traxerat et ad lusum. Inter quos quidam tibicen erat q̄ cozizantes iuuenes et puellas saltationibus et gesticulationibus suis ad carmina obscena ⁊ turpia concitabat. Hinc celo nubibus circa vesperas obscurato quiq; ad propria redierunt. Solo autem tibicine nōdum lusibus satiato per viaz ad solita remeante et canente tibia ac saltante. et posteriorum sonitibus turpiter insonante. duo pueri pastores vbi chorruscationes et tonitrua imminere viderunt ad dumeta fugerūt. et eis vidētibus in tibicinem fulmē cecidit. et extinxit. et eius brachium amputauit. Nec mora. viderunt q̄ duo nigerrimi canes ex inspato venerunt et inter se pendulum extincti brachium deportauerunt. Venientes autez amici cadaver mortui ad propria detulerunt. Mane autez dicente presbytero quia in atrio fidelium sepeliendus non esset. quem in ludis turpibus tam notabiliter to-

nitruū occidisset. responderunt amici. Et si extinctus tonitruo tamē ad dedicationem ecclesie peregrinꝰ cuz alijs occurrisset. Permisit ergo presbyter et si dolēs vt in atrio sit sepultus. Et vide rectitudinem diuini iudicij. Mane facto sepulchrum patēs inuentum est. et loculus in quo iacuerat vacuus et eiectus. Cadauer vero vt optime credi potest sicut z eiꝰ brachium a demonibus asportatū Nota ergo lector quia tali vindicta digni sunt. etsi eis parcente deo tales casus semper nō puniat qui turpibus ludis et cantibus sacra fidelium atria et ecclesiam inhonorant.

centesimum vicesimūnonū.

Anno ab incarnatione domini. M.cc.xxxi. predicante in theutonia magistro conrado ptra hereticos z felici morte perempto. Hereticus q̄dam seductus a demonibus fratrez quendam ordinis predicatorum ad heresim inuitabat. Quem cum videret instantissime renitētem. dixit fratri. Pertinax valde es in fide tua. nec tamē de hac nisi per scripta quedam aliquid certius inspexisti. Credere autē si velles dictis meis xp̄m tibi et matrem eius ac sanctos oculata fide monstrarem. Mox ille illusionem demonum suspicatus volēs tandem probare quid esset. Nō immerito inquit tibi tunc crederem si promissa duceres ad effectum. Suasus hereticus diem fratri statuit. Frater vero pixidē cum sacramēto corporis xp̄i clam secum sub capa portauit. Duxit ergo fratrem hereticus in specu cuiusdam mōtis in amplum valde palatium quod claritate mirabili relucebat. Nec mora. vt in inferiorem partem palatij peruenit viderunt thronos positos q̄si ex auro purissimo. in quibus rex fulgore chorusco circumdatus erat. et ex vtraq; parte sedilia in quibus seniores quasi patriarche vel velut apostoli residebant astāte maxima multitudine angelorum. z hi omēs luce sideria chorusca bant vt nihil minus q; demones putarētur. Pos mox vt vidit hereticus cadens in faciem eius adorauit. Dictus aūt frat immotus stetit. sed tanto spectaculo vehementer obstupuit. Et mox ad eum conuersus hereticus. Quare inquit filium dei intuens nō adoras? Pronus accedens adora quē vides et ab ore eius fidei nostre secreta suscipies. Tunc frater accedens p̄tinꝰ extraxit pixidem z obtulit regine in solio residenti dicens. Si regina es mater xp̄i ecce filius tuus. quem si susceperis te matrē dei recognoscaz Cum hac protinus vocem totum illud fantasticum concilium evanescit. et annichilato fulgore tāte tenebre densuerunt vt vix frater cum ductore suo ad montis exitum regredi potuerit. Conuersus ergo hereticꝰ ad fidē redit. et miram demōis astutiā stupefactꝰ exp̄auit] .cxxx.

Erat puella quedam in brabantie partibus inter proceres generosa que in amorem cuiusdam iuuenis per multos annos miro demonum stimulabatur insultu. Hec cuz mihi frequenter lachrymis in cōfessione diabolicas insidias aperiret p̄sului vt summopere caueret ne nutu aut verbo iuueni tentationis occasio p̄beretur. Et paruit illa diligenter vt monui. Cunq; adeo graviter tentaretur vt somni et cibi perderet appetitum. accidit nocte quadam vt tan

to demonum agitaretur impulsu q̄ superueniente aurora surgere cogitaret et clam adire iuuenem qui in vicinio manebat. Nec mora. vbi surgens oculos aperuit vidit xp̄m q̄si plagis recētibus crucifixum leni sermone dicentem sibi lingua prima. Ne diligas qui sū formosus. bon⁹. dulcis generosus. Cū versus. Dilige formosum dulcemq̄ bonuz generosum. Nec vt dixit repente disparuit et puellam in omni pace et gaudio et gratiarum actōne ab omni tentatione liberrimam dereliquit.

centesimum tricesimumprimum.

Simili prope modo cuidā militi ad cisterciensem ordinez transeunti christus in visione succurrit. Nam cū ille grauissime a diabolo ad exitum tentaretur et de nocte in nocte meditaretur apostatare per fugam semel parato ad exitum et quasi cōmodiorem horam noctis in lectulo prestulanti ⁊ semivigilanti christus apparuit in forma p̄sonatissimi viri. Et cum ab illo quereret quid sic iacens haberet mali. respōdit ille. Dolorem cordis habeo et magnum defectum debilitatis in membris. Cui dominus grossum panem ordeaceū offerens dixit. Surge et comede panem istum. Quem ille turbatus inuitus quomodo inquit panem istū grossum comederem qui panem similagineum manducare non possū. Tunc dominus detecto latere vulneri pectoris sanguine et sanie profluenti ordeaceum panem admouit et tali profluuio madefactum iubet comedere languescentem. Mox ille cum horrore dissiliens. Heu inquit quomodo taliter pollutuz comedere rem quem impollutum recusabam? Et dominus quasi minaci vultu inuenis refutanti. Oportet inquit vt gustu saltez attentes quid sapiat panis iste. Cunq̄ ille diffugium non haberet. et susceptum panem tremebundus summis vix labijs attigisset sensit in pane super omnem suauitatem dulcedinem mirabilem. Quē hianti quidem ore contrectans totū subito cum mira auiditate comedit. Nec mora. domino disparente tentat⁹ ille ad se reuersus est et quid vidisset et sensisset sincero corde retractans ab omni dolore mentis ⁊ carnis tentatione conualuit. et in magna tranquillitate spiritus vsq̄ in finem vite permansit. Quid miri? Ordeaceus enim panis austeri ordinis mellea christi lateris perfusione linitus est.

centesimum tricesimumsecunduz

Venerabilis bonifacius quondā lausonensis episcopus me audiente tale quid narrauit. Erat ī villa quadam cecus quidam qui vaccas totius ville ī pascuis custodiebat. repellebat a frugib⁹ et ad cetera loca pascuis vberiora ducebat. Et q̄d maioris erat prodigij colores et statuz singularum vaccaruz specialiter decernebat. Verbi gratia. vt si vaccaz talis coloris ab homine petiuisses sine difficultate vaccam talem tibi apprehensam in cornibus obtulisset. Ad locum autem cum quidam episcopus aduenisset et de ceco audisset talia et probasset quesiuit ab illo si confirmationis sacramentum ab episcopo suscepisset. At ille Non inquit. Nec mora. episcopus confessū firmauit cecum. et mox ab eo vaccaruin discretio est sublata. quoniam demonum opere et ministerio hoc

fiebat. centesimum tricesimumtertium

Erat quidam nobilis in westualie partibus vir armis strennus et prepotens inter suos. Hic nocte q̄dam per siluam terribilem transiēs audiuit vocem mulieris quasi in vicino cantantis.et dixit suis. Est ne quis vestrum qui mecum vadat mulierem videre cantantem? Omnib⁹ ergo dissimulantibus et dissimulantibus ⁊ prohibentibus illum perrexit solus.et inuenit stantem sub arboze quasi nigram monialem extensis in celum manibus cantantem. Quam cum interrogasset quid ageret.respōdit. Hic laudo deum meū Credens autem ille aliquem sanctorum esse rogauit eaz dicens. Dic mihi obsecro quid futurum est mibi? Et illa multa inquit mala fecisti et adhuc facies.⁊ deuictis inimicis tuis crucem transmarinam suscipies. transfretabis.et in xp̄i seruitio morieris. Ad hec verba gauisus ille recessit. Et vt illi predictum' est facta cede hominum inimicos deuicit. Qui cum prestularetur crucis signationem vt transfretaret incidit in acutissimam febrem. Rogantibus ergo et consulentibus phisicis et amicis vt confiteretur peccata et peniteret.communieretq̄ se ecclesiasticis sacramentis quia ei periculū immineze videretur. Noluit ille.nullo modo se reputans moriturū. Cunq̄ super hoc phisici mirarentur.fratrem illius carnalem magne indolis clericum manidauerūt. Cui fratris periculuz intimantes super salutem anime illius ad monendum instantius consulebāt. Vox ad fratrem ingressus clericus arguit periculosius infirmantem. Cui miles ait. Et tu vt alij stultus instas mihi qui optime socioq̄ nequaq̄ moziar. Cui clericus cum lachzymis dixit. Et vnde hoc habes frater charissime? Et ille tandem. Sic et sic dictū est mibi q̄ crucem accepturus sum et in terra sancta moritur⁹ in xp̄i seruitio. Ad hec verba frater eius tactus doloze cozdis intrinsecus. Vere inquit frater charissime ille antiquus hostis diabolus tuo nunc insidiatur calcaneo qui mendacio suo te nūc nititur decipere moziturum Age ergo salutis causam et penitere ⁊ impleas quod rogaris. Nec moza. decūbens petit aduocari presbyterum. postulat veniam. crimina confitetur. statuit testamentum. ꝛcepit corpus xp̄i.inungitur.exalat spiritum. et sicut credimus ab insidijs demonum liberat. Nec diu postea defuncti frater clericus bonitatem christi in fratre moztuo recognoscens predicatozum ozdinem intrans multa constantia seculum dereliquit .cxxxiij

Comes gelrie otto curzozem cuz litteris parisius miserat cursu prepeti rediturum. Quem redeuntem comes otto interrogans quesiuit si regem francie lodowicū vidisset. At ille vir moze subsannantis contozsit collum Vidi inquit.vidi illum miserum papillardum regem capucium habentem capitis super scapulas. Hec dicens faciem contozsit ex aduerso.et sic facies contozta remansit toto tempoze vite sue.

centesimum tricesimumquintum

Vidi in brabātia mulierē quādā diuitem ⁊ honestam possessam a demonio. Quam cum rogante presbytero religioso visitarem inueni

mus eam a vexatione demonis qui
escentem et sensate loquentem vt sa
nam. Tunc occulte nullo aduertēte
versum cantici moysi in deutrono
mio fm q olim a sācto quodā viro
audieram tertio repetiui ad provo
candum demonium in obsessa. Deū
qui te genuit dereliquisti et oblitus
es domini creatoris tui. Nec mora
mulier pallere cepit labijs atz vultu
et due vene in collo eius ad grossi
tiem pollicis intumescere. Tunc ego
quare indo pessime vexare feminaz
presumpsisti? Mortuo inquit viro
suo compassa in subsidium illi9 ani
me contulit quicquid boni fecerat
in hac vita. et ex hoc nacta occasio
ne vas vacuū mox intraui. Cui ego
Mentiris miserrime. ex hoc eī q9
vedit mediante charitate cumulatū
est bonum eius. Et ille cum cachin
no. Mendax inquit sum. nec mirum
si mentior. Mox ego. Est ne illa taz
pulchra vt dicit celestis patria quā
perdidisti? Et respondit. In infini
tum pulchrior q9 dicatur. Et ego
Velles ne redire ad illam patriaz si
posses? Et ille. Vellez inquit q9 pos
sem vsqz ad diez iudicij omnia exco
gitata supplici asustinere. Cui dixi.
Et ego promitto tibi in periculum
salutis inee promisse si mēdax inue
niar. illam perditam gloriam recu
perare te posse si tantū hec dixeris.
Domine deus me9 peccaui ignosce
mihi. Et mox ille contorto collo ex
clamat horrifice. Domine domine.
Cunqz hoc sepius cum clamore va
lido personaret nec vltra in verbis
procederetur. Impossibile enim sci
ebam illi vt deum suum dominum
recognoscere et se fateretur peccasse
atqz sibi precaretur ignosci. tandem
subiunxit. Domine deus margarete
sic enim obsessa mulier vocabatur.
deum recognoscere dominum suum
indignatus. Tunc ego ad illum. O
infelicissime omnium creaturarū su
perbia elisit te et de celo depulit. te
redire inexpiabilis superbia nō per
mittit. Nec mora. spulsus obmutuit
Et post paucos dies non tamē tūc
feminam dereliquit.

centesimū tricesimumsextum

Erat circa cameracum ciuitatez
quidam hereticus astutus valde. q
metuens inquiri 7 comburi a fratri
bus predicatoribus qui in dicta ci
uitate eo tempore plurimos cōbu
rebant. finxit se arreptum a demōe
et ob hoc ad sanctuz aychariū in
aspira obsessos curare potentē liga
tus ab inimicis vel amicis deduct9
est. vt in eo non heresim propalataz
sed furiam putarent. Et vt audiuit
quidam clericus obsessus a demone
et ligatus quod eligius boogris. sic
enim vocabatur ligatus poneretur
in locum. Subsequenti nocte idem
obsessus clericus diuino nutu solu
tus est. et aggregans mattas et stra
mina atz ecclesie scamna super liga
tum hereticum cumulauit. Ludum
autem et furiam credēs ille dissimu
lat quoadusqz clericus ignem de lā
pade sumens comburere hereticum
cepit. Et tunc hereticus clamauit.
Ad cuius vocem expergefacti cu
stodes cuz ignē extinguere niterent
clericus arrepto gladio quem casu
iuxta lectum inuenit omnes violenē
obegit 7 hereticum in igne combus
sit. Nec mora. diuino exacto iudicō
clericus a demone liberatus. et ple
ne sospes apparuit.

Finit distinctio quinta.
Incipit distinctio sexta.

Ex libro exemplorum cesarij.
Exemplum primum.

Retulit mihi frater godefridus monachus noster quondam canonicus sancti andree in colonia cum essemus simul in probatione rem dignam memoria. Asserebat sibi a quodam monacho clarevallis bene noto relatum quendaz clericū actu trutannum quales per diuersas vagari solēt prouincias venisse ad clarevallem. non quidem zelo ordinis sed vt aliquid monasterio raperet sub pallio religionis. Factus itaqz novitius cum per totum annū probationis sue insidiaret ornamentis ecclesie. et propter diligentem custodiam satisfacere cordis sui nequiuisset malicie hec ira se cogitabat. Cū factus fuero monachus et licuerit ministrare sine nota ac labore ipsos calices subtrabam. ficqz recedā. Ecce tali intentione elegit professionez promisit obedientiam. induit cucullam. Sed pius dominꝰ qui nō vult mortem peccatoris sed vt conuertatur et viuat. perversam voluntatem mirabiliter mutauit et venenum in antidotum misericorditer conuertit. Induto em̄ habitu monachali contritus et conuersus adeo profecit in sancta religione vt non multo post propter meritum vite ad dignitatē prioratus ascenderet in clarevalle.

Accidit tpe quodaz vt henricus germanus regis francie veniret in clarevallem locuturus beato bernardo super quodaz seculari negocio. Totum etiam conventum visitans illius se orationibus commēdauit. Cui venerabilis abbas inter cetera vite salutaris monita respondit. Confido in domino te non moriturum in eo in quo nunc es statu sed velociter experimēto probabis quantum tibi profit istorum oratio quos expetisti. Quod eodem die ꝓbatum est. Nam multis spiritualibus viris exultantibus de eius conuersione sui eum lugebant et tanq̄ mortuum cernerent ita inconsolabiliter eiulabant. Cum socij ac tota familia henricum vt iam dixi deplangerent. andreas quidam parisiensis ex nimia impatientia doloris quasi in furorem versus dominum suum ebrium. insanum. mentisqz impotez vociferabat. neqz cōuitijs neqz blasphemijs parcens. Et cum henricꝰ virum sanctum deprecaretur vt pro illius conuersione operam daret. respondit. Ne sis pro illo sollicitꝰ. anima eius modo in amaritudine estꝫ. tuus est ille. Et cum repeteret audiente andrea hoc verbum. ille sanctā religionem plurimum abhorrens talia in corde suo tacitus voluebat sicut postea confessus est. In hoc te nuncio falsum esse ꝓphetam. de hoc enim certus sum q̄ locutus es v̄bum et non fiet. hoc tibi coram rege et principibus et celebri conventu improperabo vt falsitas tua omnibꝰ innotescat. Et cumꝫ altera die recederet mala omnia monasterio imprecans et vallem funditus subrui desiderans in ipsa nocte victus et quasi vinctus trahente se gratia et vim faciente spiritu dei vix diem expectare potuit. et ad monasterium reuertens cunctis mirantibus alterum se